

## Band VI., Nr. 1832, Seite 227-228

*Markgraf Rudolf von Baden gibt die Güter des Klosters Herrenalb in seinen Dörfern Ötigheim und Bickesheim vollständig frei und befreit auch ihre Pachtbauern von jeder Abgabe und Dienstbarkeit, indem er ihnen dazu noch freie Markgemeinschaft bewilligt.*

Baden (Ruine Hohenbaden), 1265. September 1.

Universis tam posteris quam modernis, quibus huius pagine tenor conpertus fuerit, Rüdolfus, dei gracia marchio de Baden, salutem et perhibere testimonium subaratis. Universitatem vestram per hanc scripturam scire cupimus, quod nos bona monachorum de Alba in villis nostris Otenkeim et Buckensheim hactenus possessa ab eisdem mere donamus et remittimus libertati cultoresque eorundem bonorum, quibus ea sub annue pensionis conventionem locaverint, quos etiam dictus abbas et conventus locare debent pro sue libitu voluntatis, ab omni exactione absolvimus nec non servitute, ita dumtaxat, quod medietatem frugum ipsius pensionis in propriis eorum domibus mensura communi regionis a nostris nunciis receptam ad castrum nostrum Baden vel Mulenberc, quo eis iussum fuerit, vehere non obmittant. Quoniam autem dicti cultores aliorum earundem villarum habitatorum non subiacebunt laboribus et serviciis realibus sive corporalibus, non ideo ipsos a commoditatibus sive utilitatibus excludimus ceterorum. Volumus etenim, quatinus sicut alii nostra gaudentes protectione in silvis, campis, pascuis, molendinis, aquis, piscationibus, viis et inviis, constitutionibus, pactis et omnibus usibus eorum cum ipsis participacionem, communionem, societatem per omnia sorciantur. Ut autem hoc pactum ratum et inviolatum semper permaneat, presentem cartam super eo fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari.<br><br>Actum in castro Baden, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. sexagesimo quinto, in die beati Egidii abbatis, presentibus, quorum nomina subscripta sunt. Fuerunt autem isti: venerabilis dominus Cunradus abbas de Alba, Cunradus cellerarius maior dictus de Megensheim<sup>1</sup>, Mangoldus mercator et conversus de Alba, Cunradus nobilis de Rossewag dictus de Vsenberg, Dietherus dictus Rodero, Henricus dictus Droscheler, milites, Waltherus notarius noster et rustici utriusque ville.

---

<sup>1</sup>Sicher eher Mönshheim, Mönshheim, PF, als Meimsheim, Brackenheim, HN, für das in dieser Zeit eher der Name *Meinbotsheim* gebräuchlich ist, vgl. Urkunden Nr. 1364, WUB, Bd. V., S. 132–133, und Nr. 1570, WUB, Bd. V., S. 327–328.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original.<br><br> An gelber Seidenschnur die Hälfte des Ausstellersiegels, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1759 (WUB, Bd. VI, S. 156); von der Umschrift erhalten: + *Sigillum* . RVDOLFI . . . ONA.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 489 K U 670

### Überlieferung und Textkritik:

Original. War ehemals im GLA Karlsruhe. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 139.

### Editionen:

Bader: Rudolf I. von Baden, S. 55. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 1 (1850), S. 357 (Auszug).

### Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 349.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Baden (Ruine Hohenbaden)

### Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)<br> Bad Herrenalb, CW<br> Bickesheimer Kloster Wohnplatz (5693)<br> Bickesheimer Kloster, Durmersheim, RA<br> Endingen am Kaiserstuhl EM<br> Endingen am Kaiserstuhl Gemeinde (9804)<br> Meimsheim Wohnplatz (1882)<br> Meimsheim, Brackenheim, HN<br> Mönsheim Wohnplatz (7054)<br> Mönsheim, PF<br> Mühlburg Wohnplatz (5254)<br> Mühlburg, Karlsruhe, KA<br> Roßwag Wohnplatz (1126)<br> Roßwag, Vaihingen an der Enz, LB<br> Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD<br> Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)<br> Ötigheim, RA